Fragmentarium

cognatio a quo duobus diebus prioribus et tantum ad cenandum omnia
si affuit suscipimus vel aliud quod placuerit priori. Quarta et tertia
die minutionis divinum officium festinancius et submissius dicatur et
cum minuendi sunt omnes simul sibi minuunt exceptis hiis qui
lectiones legunt et qui ministerium alterius adimplent. Duobus
diebus [illegible] stantes cessant vigilie et matutinalium et omnis
in ecclesia remanent. Qui minuuntur tamen ab omni ebdomadali
officio cessamus. Cum sacerdos ebdomadarius minuit sacerdos
qui prius eum est in eodem choro non minuit eius excepto vices eius
vices quoque cantoris ebdomadarii supplet qui prius eum est in suo choro
non minuit. Tribus autem diebus minutionis vicarius sacerdotis lecti
one legat non ebdomadarius sed prior licet sibi minuerit eam vindictam
largitur priore absente vicarius. Qui sibi extra consuetam minutionem
minuit quotiens tenet opus ad ecclesiam vel infirmitatis magni
tudo prohibeat vel prior eis super hoc mandatum fecerit. Quod diem cena
fide debet et dicere post missam et ebdomadarius si ei placet facere et dicere
Cum alicui commendatur officium suum beneficium habet et visitatorem
sit in generali minutione. Qui numquam sibi minuit seu minutionem
usque ad alia differunt eisdem diebus et minuti percipere bonum
duobus primis diebus minutionis si superest de pitancia prandii
usque ad cenam possumus quod aliud vel reservare. In kalendis
omnium mensium silato silentio vadimus. Si vero in kalendis occurrit
festum capituli vadimus in die precedenti in quo aliud festum capituli non
occurrit. Si autem kalende contingunt post dominicam in ramis palmarum
feria secunda tertia quarta quinta [illegible] differtur rasura usque ad vigiliam
pasche.

De utensilibus celle capitulum XVI[m]

Recipit inquilinus celle ad lectum palea filtrum si possit
haberi cum [illegible] coopertorium grossum simplex non duplica
tum pulvinar corium vel coopertorium de grossis ovium pellibus
et panno grosso coopertum. Ad vestitum autem duo cilicia duas tuni
cas duas pellicias unam deteriore altera meliore duas quoque simi[illegible]

ARCHIVUM
SEM. EPISC.
GANDAV.

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
4 014509 011197
STANDARDGRAPH
No. 9061

License: cc-by-nc-sa – Gent, Bisschoppelijk Archief Gent, fragment nr. 10, fol. [1]r – Monastic rule of the Carthusians
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-uhx0/9718/70895)